



M. 3. 1041

X bino

1959.

die vi
stun

len

154
cetioz
e b'g'g'z

starcos f
is er entlig ... Dingebul
die (Sinnbe) verflucht / dar



ETYMA
NOMINUM
PROPRIO-
RVM,

itemq̄

ANALYSIS

Hebræorum, Syriacorum, & Lati-
norum vocabulorum, quæ in novo
Testamento uspiam occur-
runt,

Authore,

GEORGIO PASORE.



GOSLARIE,

Typis & sumtibus NICOLAI DUNCKERI.

M. DC. XXXIX.

P R Æ F A T I O.



Lectori Benevolo

S. P. D.

GEORGIUS PASOR.

HACTENUS vocabula novi Testa-
menti appellativa, ut vocant, expli-
cavi : Sequitur nunc (ne quid in hoc
novi Testamenti Lexico tirones de-
siderare possint) *Analysis nominum propriorum
Grammatica*, quorum ἔτυμα studiosè investi-
gavi. Si tamen tibi usquequaque non arrise-
rint, scias, pleraque etiam displicuisse mihi
ipso, meque mihi ipso persæpe hîc non satis fe-
cisse. Per me licebit, ut meliora eruantur. Fa-
teor, me non semper rem, ut est in proverbio,
acu tetigisse. Neque hîc tam periculosè errari
puto, ubi nulla incidit de fidei articulo quæstio.
Alias notationes attuli exquisitas, ubi aut Scri-
pturam sequi magistram, aut eâ tacente, certâ
niti potui ratione. Alias dedi probabiles & ve-
rissimiles : rariùs puras putas allusiones exhibui,
& conjecturas, ubi sanè suo quisque abundare
potest sensu. Nec nescio, unum tantùm cujus-
que nominis proprii esse ἔτυμον. Nam, ut Theo-
logus verè scripsit, τὸ ἀληθὲς ἓν, τὸ δὲ ψεῦδος πολυ-
χίδες. Ecce verò, fortassis inquires, in quibus-
dam nominibus plures unâ scrutatus es origi-

PRÆFATIO.

nationes? An more Andabatarum in tenebris pal-
 pitas, tentans, utrùm metam, quò cogitas, ferire
 liceat? Næ ulcus hîc tangis! Quis enim nostrùm,
 nominum Ægyptiorum, Æthiopicorum, Persi-
 corum &c. quorum linguæ nobis sunt incogni-
 tæ, veram edet etymologiam? Præstat ergo de
 hisce ἀμαθέστερον ἢ σαφέστερον, parciusque philoso-
 phari: nec miraberis, me meam quandoque
 professum esse ignorantiam. Satis hîc mihi vi-
 debor fecisse, si tironibus, propter quos hæc e-
 didi, aliquid attulero emolumenti, ut hinc
 saltem aliquantulam Hebraicarum & Græca-
 rum vocum copiam sibi comparent. Dandum
 est aliquid laudabili adolescentum quorundam
 curiositati, qui pædagogus obtundere, omnium-
 que vocum derivatarum & compositarum ἐτυμολογίᾳ
 scrupulosius indagare solent. Haud inficior,
 jam pridem nomina illa utcunque fuisse versa,
 sed obiter, ἢ καὶ ἀφοσίωσιν, hoc est, perfunctoriè.
 Ego verò in hisce nominibus Grammaticè re-
 solvendis immoror, nec ullas Grammaticorum
 minutias, ut videbis, intactas relinquo. Sed an-
 tequam manum de tabulâ, non possum præter-
 ire, quin de *nominis impositione πρὸς οἰκοδομίᾳ*,
 pauca hîc subjiciam. Nominis impositio non
 est humanum inventum, ut aliquis opinari pos-
 set, sed ipse Deus primus fuit ὀνοματοθέτης. Et in-
 ter Gentes (quas Apostolus αἰθέρις vocat Ephes. 2.
 versu 12.) moris fuisse, ut infantulis recens na-
 tis nomina inderentur à matribus puerperis,
 testatur Homerus ὀδυσσ. XVIII, vers. 5. τὸ παρ' ἑτέρο
 πόντι.

P R A E F A T I O.

πύτνια μήτηρ, hoc enim nomen imposuit veneranda mater, idque more Evæ, Leæ, Rachelis &c. ὀδυσ. ε. vers. 550.

Οὐ μὲν γὰρ τις πάμπαν ἀνώνυμός ἐστι ἀνθρώπων,
 Οὐ κακός, εἰδὲ μὲν ἐοδλός, ἐπὶ τὰ πρῶτα γένωνται,
 Ἄλλ' ὅπῃ πᾶσι τίθενται, ἐπεὶ κε τέκωσι τοκῆες.

Hoc est,

*Non enim quisquam omnino absq; nomine est
 hominum,*

*Neg; ignavus, neg; eximius, postquam primò
 nati fuerint,*

*Sed omnibus imponuntur, simulatq; genuerint
 parentes.*

Ratio ipsa deinde morem hunc ubivis terrarum stabilivit & comprobavit. Quomodo enim alter ab altero distingueretur, nisi id fieret certo nomine? Dicitur enim *nomen*, q. *notimen*, à verbo *nosco*, quòd nominibus dignoscatur. Adolescentes verò, imò singuli Christiani, quoties audiunt nomen sibi in sacro baptismatis fonte inditum, de tribus cogitare debent, nempe de principio, medio, & fine suo. Primò ad animum sibi revocent, se **DEI** esse *πλάσμα*, imitantes exemplum Davidis, Psal. 119. versu 37. ita loquentis, *Manus tua fecerunt me, & aptaverunt (ἐπλασαν) me*: Et Ecclesix, Esa 64. versu 8. ita orantis, *Nunc igitur DOMINE pater noster es, nos lutum, opusq; manus tua omnes nos*. Idem Deus prophetæ in memoriam revocavit Jerem. 43. versu 7. ubi ait, *Formavi te ex utero*. Et David suam in **DEUM** fiduciam profitetur, Psalm. 71. versu 6. ubi dicit, *Te nitor ab utero, ex*

P R Æ F A T I O.

visceribus matris meæ tu Evulsor meus. Alia illustrissima Scripturæ testimonia de hâc cujuslibet in utero materno formatione , vivificatione & in hanc lucem editione legantur, Psalm. 139. versu 15. Job. 10. versu 10. II. Psalm. 73. v. 15. & 94. v. 9. Exod. 10. versu 4. Fabri, qui ædificia struxerunt, ea aut ab hero, aut à materiâ, aut à loco, aut à fine, aut ab aliâ re quâcunque denominant. Sic DEUS primum hominem nominavit *Adamum*, à materiâ ; quo exemplo tacitè parentes , quos suo loco nobis præfecit , quosque idcirco nomine suo honoravit, Matth. 23. versu 9. monere voluit, ut infantibus, quos Cyprianus *recens digitorum Dei opus* vocat, nomina indant *σημαυτηνὰ*, apta ad memoriam beneficiorum divinitus in nos collatorum refricandam. Deinde nomen, quod sacro baptismatis flumine loti accepimus, cui libet sit veluti *breve evangelium*, hoc est, in mentem singulis (quoties eo aures personant) revocet beneficia Dei in federe gratiæ nobis promissa , in nos re ipsâ collata , & per baptismum obsignata, quæ sunt *gratuita peccatorum remissio* propter sanguinem JESU CHRISTI Domini nostri, in arâ crucis pro nobis profusum, & *regeneratio* per Spiritum sanctum , seu inscriptio legis in corda nostra, Jerem. 31. 34. Hebr. 8. 9. 10. Ad extremum *nomen* nobis in sacro baptisate impositum , nos non tantùm commonefaciat de Dei erga nos *beneficiis* , sed etiam de FINE nostro, hoc est, de nostris erga eum *officiis*, videl. de *fide* & *obedientiâ* erga mandata ipsius. Sicut David congressurus cum Goliatho I. Sam. 17. v. 36. 45.
se col-

P R Æ F A T I O.

se collegit, quòd sciret, sibi rem esse cum gigante incircumciso & non federato; ita quoque in omnibus tentationum procellis, recordatio federis gratuiti & baptismi nos animet, nobisque calcar addat ad fortiter configendum cum hostibus nostris, nempe cum Satanâ, mundo & carne. Loti sumus sanguine & spiritu CHRISTI. Ergo, more porcorum epicureorum, ne redeamus ad volutabrum sterquilini, 2. Petr. 2. vers. 20. CHRISTUS pro nobis in cruce mortuus est. Ergo in ejus honorem veterem hominem crucifigamus & mortificemus. Re ipsa testemur, nomina nostra esse scripta in cælis, Luc. 10. versu 20. Credamus in DEUM PATREM, FILIUM & SPIRITUM SANCTUM, in cujus unius veri DEI nomen, hoc est, cultum baptizati sumus. Nam Matth. 28. *Quicumque non crediderit, condemnabitur.* Ne militemus in Satanæ castris, uti faciunt fedifragi apostatae, nempe magi, idololatrae, blasphemi, perjuri, immorigeri, homicidæ, grassatores, scortatores, fures, mendaces, sed JESU CHRISTO, Regi & Capiti nostro, fide & obedientiâ adhærescamus, ei que nos totos consecremus. Quæ ut præstare valeamus, orandus est DEUS, ut nobis largiatur Spiritum suum, verum magistrum & doctorem, quo docente verè proficimus, non tantum in cognitione veri, sed etiam, quod præcipuum est, in actione boni. Nam scientia sine conscientia est mera vanitas. Scientia, inquam, in animo malitiosi est sicut gladius in manu furiosi; quo tam sibi, quam alijs nocet. Et servus, ut docet SER-

PRÆFATIO.

VATOR. LUC. 12. vers. 48. qui novit voluntatem
DOMINI, ex eaque vitam suam non instituit,
multis plagis cædetur, graviusque vapulabit.
Nec Servator & Rex noster JESUS CHRISTUS
in die illo censorio, novissimo nempe judicio,
de quo nos semper cogitare fas est, ex nobis quæ-
ret, quantum sciverimus, sed quantum feceri-
mus, Matth. 25. Vale.



ETYMA



ETYMOLOGIA NOMINUM PROPRIORUM NOVI TESTAMENTI.

Aaron nomen proprium ἀκλῶν, h.e. indeclinabile, origine Hebraeam אהרן Aaron, q. d. montanus. ab Hebraea radice אהר vel אהרר mons.

Nun in fine, & Aleph in principio sunt hebraeica. Heb. 5. 4. Gen. (E) אהרן Luc. 1. 5. Dat. τῷ Ααρων. Act. 7. 5. 40. &c.

Abaddon nomen cacodæmonis, velut alij interpretantur Antichristi congruentissimum, Abaddon. Heb. אבדון Abaddon perditio, vastatio, In lingua Hebraea est substantivum, & vertitur Apoc. 9. 5. 11. ἀποδύων, hoc est, vastans, perdens. Subintelligitur אהרר q. d. spiritus vastationis, hoc est, vastator. Eadem ratione Latini hominem pestilentissimum vocant pestem, sceleratissimum scelus, id est καὶ ἔμφασιν.

Abba nomen origine Syriacum appellativum, idem valet, quod πατήρ.

Abh pater, radix est אבא abhah voluit, a propensa voluntate in liberos & domesticos, q. d. benevolus. Hinc est Abbas, atis.

Abel nomen proprium viri indeclinabile, origine Hebraea אבֶל vel cum accentu distinguente אבֶל habhel vanitas, a radice אבֶל vanus fuit. Nominat. legitur Heb. 11. 5. 4. Genit. אבֶל אֵדֵן Abelis justis, Matth. 23. 5. 35. Accus. τὸν Αβελ, Heb. 12. 5. 24.

Abihud nomen proprium viri Luc. 1. 5. 5. אבִי הוד Abihud, 2. Chron. 13. 5. 1. h. e. pater meus est Dominus. composita ex אבִי ubi jod in fine est affixum 1. pers. g. m. vox separata אבִי, de qua vide paulo ante אבִי, & אֵלֹהִים quod est nomen Dei proprium.

Abihud pater decoris, vel decus patris. compositum ex אבִי pater & הוד

decus, gloria. est nomen proprium indeclinabile.

Abiāpaz אביאפז pater excellens.

Nomen viri indeclinabile. compositum ex אב pater ופז

excellencia. Graci interpretes 1. Sam. 22. 21. Vocē hanc sic scribunt, eadēq; legitur Marc. 2. 26.

Abiāpaz אביאפז, nomen proprium regionis Luc. 3. 8. 1. Videtur compositum ex אב pater ופז

pernoctare, q. d. patris mansio vel habitatio.

Abegām אבגאם nomē proprium patriar-

cha, אבגאם, compositum ex אב pater וגאם

excelsus. Et litera א ab ipso Deo inserta est.

Gen. 17. 4. 5. ex nomine אבגאם.

h. e. multitudo, quā nominis mutatione Deus Abrahamo

promisit numerosissimam posteritatem, Rom. 4. 9. Nominat.

Abegām. Johan. 8. 56. Genit. אבגאם.

Abegām. Luc. 16. 8. 22. Dat. אבגאם.

Abegām. Rom. 4. 9. Accus. אבגאם.

Abegām. Luc. 3. 8. Vocat. אבגאם, Pater Abrahamae. Luc. 16. 8. 24.

Nota in Gracā V. T. Versione אבגאם semper spiritu aspero scribi.

Agar אגאר. Nomē proprium prophete, de quo Act. 11. 8. 28. Et 21.

10. cognationē habet cum Chaldaico אגאר, juxta, ad latus. Alijs

commiffarius, אגאר אגאר.

Agar אגאר. Gal. 4. 8. 24. אגאר ancilla Abrahami. Gen. 16. 8. 1.

Vertunt advenam, peregrinam, אגאר peregrinari. item ruminantem אגאר, item timi-

dam אגאר timuit. Sed omnes

illa notationes incerta sunt. Fortassis haec Arabum mater

nomen habet ab אגאר quod Arab. est vexare, abdicare, fugere,

peregrinari. Hinc Hegira fuga (scil. Mahomedis) a qua annos suos supputant Saraceni.

Hanc ancillam Abrahamus sic rogante Sarā uxore, duxit in

uxorem pellicem. Gen. 16. 3. quae peperit Isinaëlem. Hinc orti

sunt Hagareni, quos nunc vocamus Saracenos.

Agrippas אגריפאס, nomen Latinum proprium viri. Act. 25. 13. in Gen.

אגריפא. Act. 25. 23. Declinatur ut אגריפא. א. א. א. א. Vocat.

אגריפא. Act. 26. 7. ita dictus ab agro partu, uti docet Gellius

lib. 16. c. 16. ubi ait, Agrippas dici q. agrippas, quorum in nas-

scendo non caput, sed pedes primi exierunt, Actor. 25. 8. 13. 23.

Adam אדם. Nomen Hebraeum proprium primi nostri parentis. Gen. 2. 19.

Et 4. 1. Est etiam appellativum, Et valet idem quod homo, tribuiturq;

non solum viro, sed etiam feminae, Gen. 1. 8. 26. 27. Num. 31. 35.

Per metaph. D. N. Jesus. 1. Cor. 15. 8. 45. Vocatur et

אדם אדם. אדם, item est nomen proprium urbis, Jos. 3. 16. Hebr.

אדם a radice אדם tribuit, unde est אדם terra.

Est verò nomen Adam indeclinabile. 1. Tim. 2. 13. Adam אדם

אדם אדם. Gen. 2. Adam אדם. Luc. 3. 38. Et.

Adam אדם nomen proprium viri, Luc. 3. 8. 28. Videtur derivari, a radice

radice ררע vel Syr. ררע , qua inter alia significat trālire, unde Syr. ררע viator, qui transit, Jer. 9. Ezech. 33. Sape Kamets resolvitur in patach sequēte da gesch. Sic dicitur ררע pro ררע .

Ἀδραμυττῖνος ἢ ὄν , Adramyttēnus a um. Act. 27. v. 2. nomen adject. à substantivo Adramyttum, quod est nomen urbis. Plinius lib. 5. c. 4. Vocat Adrumetum. Ἀδρυμνός ἢ ὄν , Stephano civitas est Aphrica, non procul à Carthagine. Vide Calepin. Videtur sic dicta quasi ἄδρυμνός ex ἄδρυμνός ἢ ὄν, sylvā querna, glandifera, quercētum, quod condita sit in loco plano, ameno, ἢ minimè sylvestri.

Ἀδρία ἢ ὄν , Adria. Act. 27. 27. ἐν τῷ ἄδρια scilicet πλάγῃ vel $\text{πόδι πῶ$. Latini Adriaticum vel Adrianum mare vocant: Geographi nostri Sinum Venerum. Adria α civitas fuit in maris Adriatici sinu sita, unde ille sinus ita dictus fuisse putatur. Origo vocis non liquet. Fortè ab ἄδρος copiosus, multus, adultus. 2. Reg. 10. $\text{οἱ ἄδροι τῆς πόλεως}$ dicuntur optimates civitatis. Sic Latine Senatus à senibus, ἢ Gracè ἡσενία ἢ ὄν . Vel uti Calepinus per τῶν scribit Atria à Latino atrio. Vel ex ἄδρος formido, q. d. intrepida, formidine vacua. Adria mare est g. m. Adria urbs est g. f.

Ἀζὼρ ὄν , nomen viri Azor. Matth. 1. v. 14. ῥῆμα est ἡσωείζεν à R. ῥῆ vel à Rad. ῥῆ accingere, q. d. accinctus.

Ἀζὼρ ὄν ἢ ὄν , Nomen urbis Palaesti-

na, Jos. II. 22. Hebraicè ררע Aschdodh, nomen accepit à nocendo seu vastando. ררע nocuit, schaden / est radix. ררע in principio est Heemanticum. Act. 8. 40. eis ἄζωτον pro ἐν ἄζωτον . Enallage prepositionis.

Ἀθῆναι ὄν ἢ ὄν , Nomen urbis plurimum, tantum, civitas Græciæ nobilissima sita in Achaia, quæ ob multa littora olim dicta fuit ἄκτῆ ἢ ὄν ἢ ὄν , littus, πυρρὸ τὸ ἄγαν à frangendo, quod ibi fluctus marini frangantur. Hinc Atticus dicitur pro Aeticus, ἄφωίος ἢ ὄν . Dicta autem sunt Aethene ἄπὸ τῆς ἄθῆνης , hoc est, à Minerva, unde autem ridiculis illis ἢ fabulosis dijs deabusq. Ethnicis nomina sint imposita, parum moror. Act. 17. 15. $\text{ἡγαγόντων ἑως Ἀθηνῶν}$, Duxerunt eum Athenas usq. Hinc est adject. Ἀθῆναιος Atheniensis, Aeticus. Act. 17. 21. Alij ἄθῆναι quasi ἄθῆναι . ἡδῆ ἢ ὄν ἢ ὄν , apex uberum, papilla, q. d. non aliter more aliorum hominum, quippe quæ ex cerebro Jovis fingatur prognata. Eustath. in $\text{ὄδυσ.$ θ. ad vers. 129. θ ponitur pro ὄν quæ sunt litera Lingua, ἢ proinde inter se ὄν ἢ ὄν .

Ἀγυπτὸς ἢ ὄν , Egyptus, nomen regionis. Hebr. dicitur מִצְרַיִם à quodam Chami posterorum, qui ita nominatus fuit Gen. 10. v. 6. ab angustijs. Radix enim ררע significat obsidere, coarctare, in angustias redigere. Isidorus lib. 9. Ἄγυπτις , h. e. affligētes, eo quod affligerint populū Dei. Scil. quasi מִצְרַיִם

- אֲרֵרָא afflixit. Sed nomen hoc
 אֲרֵרָא filio Chami fuit
 impositū ante afflictionē. For-
 te אֲרֵרָא matzor munitio,
 propugnaculum, quod ipsum
 est אֲרֵרָא. Notatio verò vocis
 Græca, haud perinde liquet. Jul.
 Scal. in Fest. Αἴγυπτος idem est
 quod niger, μέλας. Eust. ἡὲς Βή-
 λης Αἴγυπτον ὠνόμασε, filius Beli
 Ægyptum nominavit, seu ei hoc
 nomē imposuit. Glos. Αἴγυπτος in-
 terpretatur φαῖον, h. e. fuscum,
 subnigrum. ubi secuti sunt Gra-
 eos, qui Αἴγυπτιον vocabant μέ-
 λων. Sic Plautus colorem fuscū
 dixit vulturinum. αἰγυπιὸς ἴσθι,
 vultur, idem quod γῶψ γυπιὸς ὄ.
 Ergo Ægyptus sic dicta fuit ab
 Ægypto Beli filio, ille verò à
 vulture, ab aere rapaci. Vide a-
 lia in Mythol. Natalis Comit. p. 155. § 174. Αἴγυπτιος ἴσθι, Æ-
 gyptius. Act. 7. 24. Heb. 11. 29.
 Αἰνέας ἴσθι, Aeneas. Nomen pro-
 prium viri. Poëta metri causā
 producunt penultimam. Αἰνεῖας
 Aeneas, uti Αἰδγεῖας pro Αἰ-
 δεῖας. Dicitur verò Αἰνέας ἀπὸ
 εἰς αἴνης à laude. q. d. laudabilis.
 Gen. Αἰνέας, Dat. Αἰνέα. Accus.
 Αἰνέαν, Act. 9. 8. 33. Voc. Αἰνέα,
 Act. 9. 34.
 Αἰνών nomen oppidi juxta Salim
 non longè à Jordane, ubi bap-
 tizat Johannes. Hebraicè scri-
 beretur אֵינוֹן fonticulus, à ra-
 dicè אֵין fons. Non declinatur,
 Job. 3. 23.
 Ἀεὺλας ἴσθι, Aquila, vide supra
 Ἀεὺπιπας. Vocabulum origine
 Latinum, 1. Cor. 16. 8. 19. Actor.
 18. 8. 2. Rom. 16. 8. 3. 2. Tim. 4. 19.
 Ἀλέξανδρος ἴσθι, Alexander, no-
 mē proprium viri. compositum
 ex ἀλέξω juvo, ἔσθι ἀνὴρ vir, q. d.
 fortis auxiliator. Hinc Ἀλεξάν-
 δρεια ἴσθι, nomen urbis. Ἀλε-
 ξάνδρου ἴσθι, Alexandrinus,
 Act. 6. 9. § 18. 24. Ἀλεξάνδρου ἴσθι
 ἰνὴ ἰων. idem Act. 27. 6.
 Ἀλφᾶς ἴσθι, Alphæus, nomen
 proprium viri, qui fuit pater
 Jacobi Apostoli. ab Heb. אֶלְפָּה.
 dux, Matth. 10. 3.
 Ἀμναδάβ nomen Hebr. proprium
 viri, ἀκλίβη, compositū אֶמִּינָדָב
 Amminadab, populi princeps,
 ex אֶמֶץ populus, ἔσθι נָדָב
 princeps.
 Ἀμπλίας ἴσθι, Amplias, est nomen
 proprium viri Latinum, à no-
 mine amplus.
 Ἀμφίπολις ἴσθι, Amphipolis, no-
 men urbis quam utrimq. aqua
 alluit: compositum, ex ἀμφί cir-
 ca, ἔσθι πόλις ἴσθι, urbs.
 Ἀμων אֱמוֹן Amon, fidelis, verax.
 Nomen proprium viri ἀκλίβη
 à radice אֱמֵן in Kal. alere, in
 niphai veracem aut fidelem ef-
 se, Matth. 1. 10.
 Ἀμὸς אֱמוֹן, hoc est, robustus
 fortis. Pater Esaiæ propheta ita
 fuit appellatus, Esa. 1. 1. à radice
 אֱמֵן robustus fuit, Luc. 3. 25.
 Ἀνανίας ἴσθι, Ananias. Nomen viri.
 Act. 5. 1. Hebr. אֲנָנְיָהוּ, Cha-
 nanjah, hoc est, Dominus com-
 miseratus fuit. ex אֲנָן gratio-
 sus fuit, ἔσθי אֲנָן DOMINUS.
 Ἀνδρόνικος ἴσθι, Andronicus. No-
 men

men viri Gracum, compositum ex ἀνὴρ ἀνδρῶν vir, ἔννισεν victoria, Latine victoriosus.

Ἀνδρέας ἁ ὁ, Andreas. Nomen proprium viri Gracum, δῶν ἔννισεν ἀνδρῶν, q. d. animosus, strenuus, Matth. 10. v. 2. Nom. ὁ Ἀνδρέας, Matth. 10. v. 2. Gen. ἔννισεν Ἀνδρέας, Marc. 1. 29. Dat. τῷ Ἀνδρέᾳ Andreae. Acc. τὸν Ἀνδρέᾳ Andream, Luc. 6. v. 14. ἔννισεν Poëtice Ἀνδρέας Andreas.

Ἀννα חַנָּה Channa, hoc est, gratiosa. fuit altera uxor Elcana, 1. Sam. 1. v. 2. fuit etiam nomen prophetissa, Luc. 2. v. 36. Derivatur à radice חַנָּה gratiosus fuit.

חַנָּה gratia. Valet idem quod Johanna.

Ἀνας חַנָּה Chanan, gratiosus, benignus. Ferè idem quod חַנָּה

Juchanan Johannes, de qua voce suo loco dicemus. à voce Chaldaica חַנָּה ordinis duplicatorum, ut ἔννισεν Hebraicè: ἔννισεν significat gratificati, largiri, donare.

Alii vertunt affligentem à radice חַנָּה respondit. in piel

חַנָּה afflixit. Sed nos hic sequimur Syriacam N. T. versionem,

ubi Ἀνας Syriacè scribitur חַנָּה.

Est verò ἔννισεν in fine terminatio Gracorum. in Gen. Ἀνας, Luc. 3. 2.

Dat. Ἀνας. Accus. Ἀνας, Joh. 18. 13. Act. 4. 6. Fuit nomē pontificis.

Ἀντιόχεια ἁ ἡ, Antiochia, nomen urbis, qua fuit totius Syriae metropolis, à Seleuco Nicànore cōdita, ἔννισεν à patris sui Antiochi

nomine ita denominata. 2x ἀντὶ pro, vice, ἔννισεν ὁ, significat repagulum, q. d. vice repaguli. Notatio est à simili. Gen. Ἀντιόχεια, Act. 11. v. 19. Dat. Ἀντιόχεια, Act. 15. 35. δι᾽ ἑσθῆν ἐν Ἀντιόχεια, commorati sunt Antiochia. Acc. Ἀντιόχειαν, Act. 11. v. 27. In qua urbe discipuli primum ceperunt nominari Christiani. Hinc Ἀντιόχεια ἁ ἡ, Antiochensis, Act. 6. 5.

Ἀντίπατρος ἁ ὁ, Nomen viri, Apoc. 2. v. 13. ex ἀντὶ ἔννισεν πᾶς, q. d. vice seu loco omnium vel contra omnes, ut Ἀντίπατρος, contrarius Christo.

Ἀντιπατρῆς ἁ ἡ, Nomen urbis Palaestinae, nunc diruta, quam Herodes rex Judaeae ex patris sui Antipatris nomine ita vocaverat, quod fuit ἀντίπατρος ἁ ὁ, Antipater, q. d. ἀντὶ πατρῶν loco seu vice patris. Confer 1. Mach. 12. v. 16. Dicitur Ἀντιπατρῆς pro Ἀντίπατρος, Act. 23. 31.

Ἀπιδῆς ἁ ὁ, Apelles nomen viri. ex α ἔννισεν πιδῶν seu πιδῶν niger, fuscus, q. d. minimè niger, vel à Latina voce apella, quae circumcisum significat, q. d. sine pelle. Sic amens, q. d. sine mente. Rom. 16. v. 10. Ἀσπασίαν τὴν Ἀπιδῆν, salutate Apellen. Fuit etiam alius Apelles pictorum princeps, à quo solo Alexander rex Macedonum pingi voluit, de quo Ovidius ita scribit:

Si nunquam Venerem Couis
pinxisset Apelles,
Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.

Ἀπολλωνία ἁ ἡ, Apollonia, nomen urbis Macedoniae, sic dicta δῶν ἔννισεν

ἀπολλύειν à perdendo, vastando,
Act. 17.1.

Ἀπολλῶς ὁ ὄ, Apollus nomen viri
Alexandriini, 1. Cor. 3.5. τίς δὲ Ἀ-
πολλῶς; Quis verò est Apollus?
Gen. Ἀπολλῶ, 1. Cor. 16. 12. Ac-
cul. Ἀπολλῶ pro Ἀπολλῶν. Act. 19.1.
1. Cor. 4. ὁ. 6. Tit. 3.13. ubi
observa in quarta simplicium
declinatione, quæ Attica est,
genitivum in dissyllabis aut po-
lysyllabis, si accentus sit in fine,
non circumflecti, ut λέως & λεῶν,
νεῶς & νεῶν. & accusativum regu-
lariter desinere in ῶν, exceptis
ὁ ἄθως, τὸν ἄθω, nomen montis.
ἡ ἕως τὴν ἕω, aurora. ἡ κίως τὴν
κῆω, nomen insulæ. ἡ κῶς τὴν
κῶ, nomen insulæ. ὁ λαγῶς τὸν
λαγῶ, lepus Ἀπολλῶς nomen viri
τὸν Ἀπολλῶν Quædam tamen eo-
rum etiam regulariter decli-
nantur. Herod. dixit τὸν ἄθων, &
Plutarchus τὸν λαγῶν, & Act. 21.1
legimus τὴν κῶν. Eadem est hu-
jus vocis notatio, q̄ precedentis.

Ἀπφία αὖ ἡ, Apphia nomen mulie-
ris. Syriacè אִפְיָא, fortè ita di-
citur ab אִפְהָא pinsere, coquere,
vel ab אִפְהָא pinsuit, Phil. 2.

Ἀραβ. Arabs. עֲרָבִי. 2. Esd. 2. 19.

עֲרָבִי. Esa. 13. 20. LXX. κο-
ρῶνη cornix quasi עֲרָב Hieron.
latro, quia latrociniis ferè dedi-
ti Arabes à radice עֲרָב spon-
dere, negotiari, miscere. unde
est עֲרָב Arabia, nomen pro-
priū regionis, ita dicta à עֲרָב
negotiatio vel à multis desertis,
quibus abundat. עֲרָבָה signi-

ficat desertum, solitudinem.
Act. 2. 11. Κρήτες & Ἀγῶτες Cre-
tenses & Arabes. Ἀγῶτες αὖ ἡ
Arabia legitur in N. T. bis, Gal.
1. 17. & 4. 25.

Ἀραμ Aram est nomen viri ἀκλε-
ῦν, de quo Matth. 1. 3. Luc. 3. 35.
& Ἀραμ, ab Hebræâ voce אָרָם
altus, excelsus, sublimis, à ra-
dice אָרָם elevari, extolli. cu-
jus fit mentio Gen. 10. 22. Ruth
4. 19. Vide Schindl. Lexic. ad
אָרָם sub finem. Job. 32. 2. אָרָם
pro אָרָם per apharesin.

Ἀρεῶς Aretas est nomen viri, ori-
gine Græcum ἀπὸ τῆς ἀρεῆς à
virtute, & hoc à verbo ἀρέσκω
placeo. Est ergo ἀρεῶς αὖ ὁ, idem
quod φιλάρετος, h. e. virtuti de-
ditus. Genitivus casus legitur
2. Corinth. 11. vers. 32. Accusat.
2. Machab. 5. 8.

Ἀρεῶς πάγος Areopagus. Collis
Athenis clarissimâ Græcia urbe
fuit, qui dictus fuit Martis seu
Martius, quod Mars primus ca-
dis causâ in eo iudicio dixisset.
Erasmus vertit Martium Vi-
cum. Sed πάγος Græcè non vi-
cum sed colliculum significat
ιδίως. s. Alia est ratio nominis
Latini pagi. Curia ergo Athe-
niensis sic dicta fuit. ἀρεῶς
Martius ab ἀρεῶς & ὁ, Mars,
unde est ἀρεῶν, ἀρεῶς, melior,
optimus. Ethnici Martem bello
præesse sorgebant, unde eum co-
luerunt, sicut nostri κακόζητος
Ethnicorum simis, suum colunt
Georgium, prout Poëta scripsit:
Ut Latii Martem, sic nos te dive
Georgi
Poscimus &c.

Sed

Sed nos qui Christi sumus discipuli, & in schola Spiritus sancti melius instituti, solum Deum agnoscimus mundi, bellorumque authorem. Bella, quatenus iustitia divina sunt executiones, & pœna habent rationem, à Deo sunt, quibus electos suos castigat, impios vero punit. πῶν & ὁ, collis derivatur à verbo πῶνω mi pango, compingo, de quo vide supra 548. i. derivatur à prat. med. πῶνω pro quo etiam πῶνω : sicut pro τῆλα τῆλα vide Ἰάδω. Ἀρεοπαγίτης & ὁ, Areopagita, senator Atheniensis, Act. 17. 34. Hinc iudices severissimi & innocentissimi dicti sunt Areopagita, & notum est proverbium σκνδρωπόπερ Ἀρεοπαγίτης. Vide Chilidas Erasmi.

Ἀριμαθαία αὐτῆ, Arimathæa nomen urbis. Mihi videtur urbs hæc dicta à Chaldaica voce ארתא qua collem significat.

ἀρῆ altum esse. Matth. 27. 57. ἦλθεν ἀνδρῶν πλεόντων ἀριμαθαίας, venit homo dives, qui erat oriundus ex urbe Arimathæa, sicut articulus ὁ apud Marcum c. 15. 43. ostendit, ἦλθεν Ἰωσήφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας scilicet ὄν.

Ἀρίστωχος & ὁ, Aristarchus q. optimus princeps. ex ἀριστῶ optimus, & ὄχος ὁ, princeps. thema est ἄρχω impero, Act. 19. 29. & 20. 4. & 27. 2. & c.

Ἀριστόβουλος & ὁ, Aristobulus, h. e. optimus consiliarius, est nomen viri. βουλή significat consilium. Rom. 16. 10.

Ἀρμαγεδδών Armageddon no-

men proprium loci. compos. ex ערמה & גרון q. d. callida & insidiosa militia seu confederatio. M. L. componit ex גרון חרמא h. e. infausta, divinoque anathemati subiecta confederatio, q. d. sacrum bellum, Apoc. 16. 16. Pareus in comment. duas potiores interpp. iudicat sententias de hac voce, ita ut vel sit idem quod fratres excidii ארמה גרון, vel notet מרגון-הר montem Megiddonis, vicinum scilicet campo Megiddonis, ubi Josias rex infeliciter cum Nechone, rege Ægyptio pugnans, casus legitur. 2. Chron. 35. 8. 22. Zach. 12. 8. 11. Aliam notationem, ubi vertitur excidium Excelsæ sive Romæ vide apud Danaum in tractatu de Antichresto cap. 16.

Ἀρτεμῆς ἁ ὁ, Artemas est nomen viri, Tit. 3. 8. 12. ab adj. ἀρτεμῆς ἁ ὁ ἦ, incolumis, integer, à nomine ἀρτῶ perfectus, vel q. ἀρτεμῆς, h. e. non sectus.

Ἀρτεμις ἰδῶ ἦ, Diana. Est nomen idoli, fictitia deæ, quam venationi præesse pagani fingebant, unde à poetis Venatrix dicitur. Accus. Ἀρτεμῆς & Ἀρτεμίδα. Voc. Ἀρτεμι, Act. 19. 8. 24. 27. 28. 34. 35. Derivatur à themate ἀρτεμῆς ἁ ὁ ἦ, incolumis. quod tamen videtur dici ab ἀρτῶ perfectus, vel q. ἀρτεμῆς non sectus, ex α & ἁ τῆνω. Latina vero vox Diana videtur dici q. dios ἄνασσα, Jovis regina.

Ἀρφαξάδ ὁ, Nomen viri ἀρφαξ. ארפכשדן videtur compositum ex ארפך lanavit, & שדן vastatio. Est adverbium simili-

itudinis, q. d. sanans veluti va-
stationem. Vel est ex אָרְרָן וְשִׁשׁ ,
quæ radices jam igno-
rantur.

Ἀρχέλαος $\alpha\delta$, Archelâus, $\delta\epsilon\chi\acute{o}s$
 $\lambda\alpha\acute{o}s$ princeps populi. Græcè
accipitur antepenultima propter
ultimam brevem, Latine verò
penultima, juxta regulam: Pen-
ultimâ longâ accentus est in
penultimâ, Matth. 2. v. 22.

Ἀρχιππῶς $\alpha\delta$, Archippus princeps
seu magister equorum, q. d. $\delta\epsilon\chi\acute{o}s$
 ἵππων , est nomen viri, Phil. 2.
Coloss. 4. 17.

Ἀσά $\alpha\delta$, אָסָא nomen viri indecli-
nabile, ita dictum à Syriacâ vo-
ce אָסָא curavit, sanavit. Va-
let idem quod Hebraum אָסָא .

Matth. 1. 7. 8. Vide 1. Reg. 15.

Ἀσία $\alpha\delta$, Asia. Nomen tertia or-
bis terrarum partis. Derivant
vulgò ab Asia filia Oceani, ma-
tre Promethei, vel ab Asio vi-
ro. Ἀσιος Græcè est limosus,
sicut πηλὸς ἐὶς ὅς , nomen regis,
à πηλός , lutum, lutulentus. ab
 ἄσις εὐς ἡ , limus, cœnum. Act.
2. v. 9. 1. Cor. 16. 19. 2. Cor. 1. v. 8.
Apo. 1. v. 4.

Ἀσύκριτος $\alpha\delta$, Asyncritus. No-
men proprium viri, hoc est, in-
comparabilis. ex α $\text{ἄσυνκρη-
τος}$, hoc est ex $\sigma\omega\delta$ $\text{ἄσυνκρη-
τερο}$, ἄσυνκρητερο se-
cerno, judico. ἄσυνκρητερο vi-
detur Latinum cerno ortum,
Rom. 16. 14.

Ἀσσυρία $\alpha\delta$, Assus. Nomen urbis. In
Syriacâ versione אָסְסוּרָא Thefus
vel Theffus, Act. 20. 13. 14.

Ἀττάλεια $\alpha\delta$, Attalæa vel Atta-
lia, civitas Pamphylie mariti-
ma, Act. 14. v. 25. Videtur ita di-

cta ab אָרְרָן hora vel tem-
pus Domino. ex אָרְרָן וְשִׁשׁ est
articulus dativi casus, אָרְרָן

quod poni solet pro אָרְרָן . simile
fuit nomen Athaliæ filie Amri
regis Israël. 2. Reg. 8. v. 26. quod
tamen Græci scribunt Ἀθάλια .

Ἀχαΐα $\alpha\delta$ η . Nomen regionis Gra-
ciæ. Videtur ita dici à Græcâ vo-
ce ἄχος εὖ τὸ , tristitia, dolor,
Act. 18. 12. 27. ἄχος 19. 21. Hinc est
 Ἀχαικός $\alpha\delta$, Achaicus, natus in
Achaiâ, 1. Cor. 16. 17.

Ἀχάζ $\alpha\delta$, Achaz. Nomen viri אַחַז
 עֲזָרָה , origine Hebraum, à radice
 אָחַז apprehendit. Matth. 1. 9.
Confer 2. Chron. 28.

Ἀχιμ $\alpha\delta$, Achim. Alia exemplaria
habent Ἀχιμ . nomē viri אַחִימִן ,
origine Hebraum. Matt. 1. 14. In
Syriaco textu est ܐܚܝܡܢ , hoc est,
preparabo. 1. pers. fut. hiphil à
radice אָחַז Cum preparare. Sed ju-
xta literas Græcas est ab ἄκιμ

1. sing. fut. hiphil erigam ἐρίσω , q.
d. erigens se divinis promissio-
nibus; qui credit carnis resurre-
ctionem. Vide infra ἰωάννημ .

Βάαλ $\alpha\delta$, Nomen idoli Sidonio-
rum בַּאֵל . 1. Reg. 16. v. 31. Ac-
cipitur etiam per synecdochen
speciei pro quocunq; alio ido-
lo, Jerem. 2. v. 8. Latini Martem
vocant, Num. 23. v. 4. quod ido-
lum destruxit Gedeon, Jud. 6. 25
Est etiam nomen loci, 1. Chron.
5. 23. item nomen viri, 1. Chron.
5. v. 5. ἄχος 8. 29. ἄχος 9. 35. Dicitur
 ἄχος , hoc est, maritus, domi-
nus, possessor, à radice ἄχος
do-

dominari, imperare, maritum esse, ducere in uxorem, Rom. 11. v. 4. qui non flexerunt genu τῆ Βάαλ pro τῆ Βάαλ εἰκότι, imagini Baal. Vel sine tali ellipsi. 1. Reg. 16. v. 31. ἐδύλασσε τὴν Βάαλ, servavit Baali.

Βαβυλῶν ὡν ἡ, Babylon. Nomen urbis בָּבֶל Bábhel, h.e. confusio, à radice חָלַל confudit, Gen. 11. v. 9. Nomen civitatis. In Apocalypsi civitas illa ἐπὶ τῷ ὄρει, quae est Babylon Europaea, causa quoque est omnis cōfusionis Ἐσχατίας, sedes Antichristi, Apoc. 14. v. 8. Ἐ 16. 19. Ἐ 17. 15. Ἐ 18. 2. ἐπίσεν ἐπίσει Βαβυλῶν ἡ μεγάλη, cecidit cecidit Babylon illa magna.

Βαλαάμ ὁ, Balaam. Nomen arioli, qui fuit filius Beoris, Num. 22. 5. בְּלַעַם vox composita ex בְּלִי בְּעַם, hoc est sine populo seu vetustas populi, vel ex בְּלַעַם עַם, hoc est, de oratio seu destructio populi, 2. Petr. 2. vers. 15. Jude v. 11.

Βαλαάκ ὁ, Balak, nomen viri, regis Moabitarum, Num. 22. 2. ἀκλιτον, à radice בָּלַק exinanivit, Apoc. 2. 14.

Βαραββᾶς ἁ ὁ, Barabbas est nomen insignis latronis. compositum ex nomine בָּר bar filius, Ἐ אבא abba pater, q.d. filius patris vattersöhnelein / Matth. 27. 16. Marc. 15. 7. Joh. 18. v. 40. Ἰω 5 Βαραββᾶς ἀληθῆς, erat verò Barabbas latro.

Βαράκ ὁ, Barak בָּרַק, hoc est, fulgur, à radice בָּרַק fulguravit. nomen proprium herois, de quo

Jud. 4. 6. ἀκλίον, Hebr. 11. v. 32. Βαργχίας ὁ, Barachias, nomen proprium viri, compositum ex בָּרַךְ benedixit Ἐ יהוה Dominus, q.d. qui benedicit Domino. Benedicere Domino est Hebraismus, pro gratias agere Domino. Matth. 23. 35.

Βαρθολομαῖος ὁ, Bartholomeus. Nomen Apostoli, Matt. 10. 3. Syriacè בתתולמי Bartholomai Vox decomposita ex בָּר bhar filius, תְּהֵה thole suspendens, Ἐ מַיִם majim aquas, q.d. filius haurientis aquas.

Βαρνησῆς nomen viri Barjesus, Act. 13. vers. 6. In Syriaco est בָּר שַׁוְמָא Barschuma filius nominis, h.e. per celebris. Fr. Iun. in notis ad versionem Tremell. Syr. nō videtur dictus à nomine sancto שַׁוְיָ sed à שַׁוְיָ scientia. ita ut Βαρνησῆς idem sit, quod filius scientiae, hoc est, divinus, seu magus. Idem Act. 13. 8. vocatur ἐλύμας, Hebr. אֵל מַעַץ divinum consilium.

Βαριονᾶς ἁ, Barjonas, hoc est, filius Jona. Hebr. בְּרִיּוֹנָה compositum ex בָּר filius Ἐ יוֹנָה Jonas, de qua voce vide infra. Matth. 16. 17.

Βαρναβᾶς ἁ ὁ, Barnabas. Syriacè ברנבא. Act. 4. 36. ubi explicatur ὅς παροικησίας. Drusius putat ortum esse hoc nomen ex lingua antiquiore. Ad orthographiam vocis proximè accedit interpretatio Hieronymi, filius prophetae, ita ut compositum sit ex בָּר נביא bar Ἐ nabi. Et sanè prophetae munus positum

etiam est ἐν τῇ παρακλήσει, id est, consolatione & exhortatione.

Βαρσαβᾶς ἄ ὁ, Barfabas Nomen viri. Syriacè **בַּר שַׁבְּאָ** Bar-schabba, ex **בַּר** filius, & **שַׁבְּאָ** quies, q. d. filius quietis. Alii ex **בַּר** & **שׁוּב** reverti derivant, q. d. filius conversionis, Act. 1. 23. & 15. 22.

Βαρτιμαῖος ἄ ὁ, Bartimæus nomen viri. Marc. 10. & 46. idem quod ὁὸς Τιμαίης, filius Timæi.

Βεελζεβὺβ ὁ, nomen idoli Acronitarum. 2. Reg. 1. & 2. Vox composita ex **בַּעַל** dominus seu possessor, & **בְּזַב** musca, ita dictum fuit hoc idolum à copiâ muscarum sectantium sanguinem immolatitium; vel quòd crederent idolum illud abigere posse muscas, quæ incolis illis erant molestæ. unde ab Ethnicis Jupiter quoq; dictus fuit **ἀπομύϊος**, abactor muscarum. Tribuitur Satana seu diabolo per metaphoram, Matth. 10. 25. qui princeps est reliquorum malorum spirituum more muscarum in aère volitantium. In N. T. scribitur **βεελζεβὺβ** pro **βεελζεβὺβ** λᾶμδα pro βῆτα. Matt. 12. 24. idq; καὶ ἀνίστοιχίω, quæ talis est figura, ubi litera ponitur pro literâ. Simile exemplum vide infra in voce **χαλδαῖος**.

Β λῖαλ ὁ, ἀκλίον, nequam Hebr. **בְּלִיַּעַל**. componitur ex **בְּלִי** sine, non. & **יַעַל** profuit. Jud. 19. & 22. valet idem quod Latium nequam, qui nemini prodesse sed tantum obesse studet. Vel

ex **בְּלִי** non & **יַעַל** per apocōpen pro **בְּלִי יַעַל** ascēdet, h. e. quis non prosperabitur, non proficiet. Alii ex nomine **יַעַל**, id est, jugum, ut significetur homo disciplina impatiens, quem Græci vocant ἀκόλαστον, q. d. impunibilem, hoc est, qui se pœna subducit. Talis est adolescens ἀπαυδαγωγῆτος, qui nulli pedagogo vult morem gerere. Satana tribuitur, 2. Cor. 6. 15.

Βενιαμὴν ὁ, Benjamin nomen viri, origine Hebraum ἀκλίον compositum ex **בֵּן** filius & **יְמִין** dextera, q. d. filius dexterae, hoc est, filius dexter, h. e. qui equè carus est, atq; dextera. Vel impositum fuit hoc nomen filio Jacobi. Genes. 31. quod natus esset in terra Chanaan, quæ respectu Mesopotamiae (in qua reliqui filii ejus erant nati) australis, hoc est, à dextra erat. Drus. Act. 13. 21. Rom. 11. 1. Philip. 3. 5. ἐν φυλῆς Βενιαμὴν, ex tribu Benjaminis, h. e. posterorum Benjaminis. per meton. efficit.

Βεργίνη ἡ, Bernice. nomen mulieris, Act. 25. 13. Vel ut in historia Hebraea Gorionidis Beronice. Id autem quod Græci dicunt Βεργίνη, Macedones pronuntiant Βερονίχη, φιν β mistata. Cognatum est nomen Veronica. Drus. Act. 25. 13. q. d. victoriam afferens.

Βεργία ἡ, Berœa, Nomen urbis Macedonia, Act. 17. 10. 13. quæse βαρεῖα ponderosa. Vel q. βαθύροια, profundus fluxus. Hinc est Βεργαῖος αἰὼς αἰὼν Βεργensis e. Act. 20. 4.

Βηθαβαρα ἄς η̄, Berhabara. Nomen proprium loci trans Jordanem, Joh. 1. 28. ἐν βηθαβαρα. ἰω̄. sub- scriptum τὰ ᾱ in plerisque exem- plaribus desideratur, quasi sit vox ἀκλῑ. Vox est composita ex בית domus, & עברה transitus, trajectio, transvectio, vadum, q. d. domus vadi.

Βηθανία ας η̄, Bethania, nomen vil- lae in latere montis oblīveti, Luc. 19. 29. Vbi Servator Lazarum ē mortuis excitavit, Joh. 11. 1. Sy- riace בית-עניא Beth-hanja.

Compositum ex בית beth do- mus, & עניא hanja pauper, afflictus, q. d. domus pauperis.

Βηθesda η̄, Bethesda, nomen pro- prium piscinae, de qua Joh. 5. 2. lege Fr. Jun. in Nehem. cap. 3.

1. Syriace בית-חסדא Beth- chesda. Vox composita ex בית

domus, & חסד chesed benefi- centia pro qua voce Syri dicunt חסדא, q. d. domus misericor-

diae, scilicet quam Deus mira- culose exercebat in eos, qui de- speratis laborabāt mortis. Alii

בית-אשנה vertunt domum effusionis, quod in eum locum magna aquae copia effunderetur.

ex בית domus, & אשנה effu- sio, aquarum decursus. nomen

g. m. a Radice Chaldaea אשנה effudit, pro quo Hebraei dicunt אשנה.

Sed cutius hic est sequi textum Syriacum, in quo est בית, non אשנה. Prius itaq. etymon huic praferendum esse, existimo.

Βηθλεεμ η̄, Bethlehema nomen ur-

bis ἀκλῑ. בית-לחם Bethlé- chem. Vox composita ex בית

domus, & לחם panis, q. d. domus panis. Fuerunt vero

duae Bethlehema, quarum una fuit in tribu Zabulon, de qua

Jos. 19. 15. ex qua fuit Itzban ju- dex populi Israelitici, Jud. 12. 8.

Altera fuit in tribu Jude, unde Matthaeus c. 2. v. 1. scribit ἐν Βηθλεεμ τῆς Ἰουδαίας, Bethlehe- ma, quae est Judae.

Vocatur civitas Davidis, Luc. 2. 4. Johan. 7. v. 42. ubi David natus fuit, 1. Sam. 16. 18. Et patria fuit Do-

mini nostri Jesu Christi, Regis regum, & Domini dominan-

tium, Mich. 5. 2. Matt. 2. 6. Et no- turne grassationis causa, qua

Satanæ scholam vocare soleo, quamq. Satanas in contumeliā generis humani, & in interi-

tum florentis aetatis in dexit, nō possum praeterire cladem illam de qua Judic. 19. & 20. ubi pro-

ptiar quosdam nocturnos gras- satores Gibeonitas, Levita cu-

jusdam concubinae, cujus patria erat Bethlehema, vim inferen-

tes, tota tribus Benjamin, ex- ceptis sexcentis viris fugā cla-

psis, miserrimē deleta fuit. Haec urbs vocatur etiam Mich. 5. 2. בית-לחם Beth-

lehemum Ephrae ab uxore Calebi, cui nomen fuit Ephra- ta, cujus fit mentio 1. Chron. 2. v. 19. Vide parallelos Fr. Junii. Matth. 2. v. 6. non ipsam pro-

phetiam, de qua Mich. 5. v. 2. ci- tat, sed verba Phariseorum. He- rodi respondentium, & textum prophetae paraphrastica expositi-

tionem appositissimè alleganti, ut eo magis tyranni animū concuterent, recenset. Alii putant Bethlehemum sic dictum fuisse à summâ fertilitate, quâ locus ille alius prestabat. Hieron. Epist. 27. ad Eustoch. Bethlehem Ephratha, h. e. καρποφόρος.

Βηθσαϊδα ἡς ἡ, Bethsaida. Nomen urbis Galilææ, ex qua oriundi erant Petrus, Andreas & Philippus, Apostoli, Joh. 1. 44. Luc. 10. 13. Syr. scribitur בית ציידא, hoc est, domus piscationis. צידא enim Syriacè significat piscari. item venari more Hebrææ lingue. צידא piscatores, Esa. 10.

33.

Βηθφαζήη, Bethphage. Villula fuit in monte Oliveti, vicina Bethaniam, ad quam venit Jesus Servator noster, Matth. 21. 6. 1. Est nomen indeclinabile. Luc. 19. 29. ὡς ἠγγισαὺν εἰς Βηθφαζήη, & Βηθανίαν, quum appropinquassent Bethphagæ & Bethaniam, hoc est, quum non procul abesset. Syriacè scribitur בית פגיא Bethphage scilicet est vox decomposita ex בית domus, פגיא os, פגיא vallis, q. d. domus in ore seu faucibus vallis. Vel, quod ἵτυμον praefero, videtur componi ex בית domus & פגיא ficus immatura, q. d. domus ficuum praeoquarum. Non possum verò eorū probare etymologiam, qui partim ex Hebræo בית, partim ex Græcâ voce παγή, vocem hanc conflata esse ajunt. Componi enim solent

Voces ejusdem lingue. Eodē incommo laborat interpretatio Drusii, qui ex antiquorum codicum lectione Βεθσφαζή, putat explicari posse domum mactationis, vel immolationis.

Βιθυνία ἡς ἡ, Bithynia, provincia Asiae minoris, Jera flumine à Galatia determinata. Syriacè scribitur בית תניי Baithunija. Videtur origine Græcâ, ex βάθω & ὄ, fovea, 2. Sam. 18. Alii componunt ex βία vis & ἴνω, quod est ex ἴνω pleonasmō litera ὄ propero, festino, q. d. violenta properatio. Sed licet hic in gratiam tironum liberius ἐτυμολογῆν, unde hoc saltē perceptura est cōmodi, ut variarū vocum sibi compareret copiam, & tanquam aliud agendo aut lusitādo in tribus illis linguis, Hebræâ, Græcâ & Latinâ paulatim uberiores faciat progressū.

Βλαστός & ὄ, Blastus, nomen proprium viri, origine Græcâ. Nam βλαστός ἔ ὄ, significat, germen, à themate βλαστῶ, pro quo usitatum est βλαστῶνω germino. quam vocem quare suo loco.

Βοανεργῆς Boanerges. Marc. 3. 17. βοανεργῆς, ὁ ἔστιν, υἱὸς βοῶντης, quod est filii tonitruī. Syriacè legitur בנירגשׁי benairgeschi, hoc est, filii fragoris. ο μιν οὖν ergo redundat. Sed vix ullum peregrinum vocabulum invenias, quod Græcis literis non sit corruptè scriptum בני dicitur Syriacè pro בני benè Hebraicè. רגשׁ est à verbo רגשׁ cum tumultu convenire. item Syriacè ton-

na-

nare. רַעַם Hebraicè coetum frequentem, Psal. 55. 15. Syriacè Verò etiam tonitru, fragorem, & tumultum significat. Et haec Verba idem valent quod בְּנֵי

רַעַם benè raham. quæ Syrius dicto loco Syriacè sic reddit:

בְּנֵי רַעַם benai rahamâ u-

oi βεγγηης. רַעַם Hebraicè est βεγγηαιν, h. e. tonare.

Βοοζ ο, Booz nomē viri Heb. בְּעוֹז

q. d. in quo est robur, & el qui est cum robore cū יָחוּץ. בְּ significat præpositionē in, יָעוֹ Verò robur. יָעוֹ robustus, à ר. יָעוֹ roboravit. Ruth. 2. 3. Matth. 1. 5.

Βοοζ ο, ἀκλιτον à בִּזְרִי q. d. i spargens. 2. Pet. 2. 5. 15. ita vocatur pater Balaami. At idem vocatur Num. 22. 5. 5. βσωρ, Hebr.

בְּעָרָא ardere, accēdere,

obbrutescere. Fuit ergo binominis. Βοοζ alioqui fuit nomen viri alterius. 1. Chron. 7. 36. item urbis. Deut. 4. 43. 1. Chron. 6. 77.

Γ Α β α θ α Gabbatha. nomen plateæ seu loci editioris, lapidibus strati Hierosolymis, ubi erat tribunal seu solium iudicis, Job. 19. 13. Græcè ληθώσρωτ θ, quam vocē vide supra in themate σρώνυμι. Syriacè scribitur גַּפִּיפְתָּה

gephiphthâ, quod est à radice Syriacâ גַּפַּף gefaf. in Aphil claudere ostium. in paël Verò circumplecti, amplexari. Hebr.

גַּפַּף. Significat Verò nomen גַּפִּיפְתָּה proprie αειβολον, h.

e. pavimentum elatum, loricâ circumdatum. Alij γαββαθα de-

riant à Syriacâ voce גַּבְהַת gibhatta colliculus. Alij ab Hebraicâ voce גַּבַּהּ elevari, excelsum esse.

Γαβριηλ ο, Gabriel nomen proprium angeli ἀκλιτον. origine Hebraum, & componitur ex

גַּבְהַר gebher vir, & אֱלֹהִים El Deus

q. d. vir Dei, Luc. 1. 5. 19. ἐγώ εἰμι

Γαβριηλ גַּבְרִיְאֵל. Est Verò

גַּבְהַר à radice גַּבַּר prævalere,

Prædominari, unde est Latinum gubernare, & Græcorum κυβερνάω. Sunt enim γ & α litere unius organi, & proinde α μετέβολοι.

Γαδ ο, nomen viri ἀκλιτον. Gad. Apoc. 7. 8. Hebr. גַּד. Gen. 30. 11.

à גַּדִּי turmatim convenire.

Nomine hoc Lea mater numerosissimum sibi exoptabat familiam, & examen aliquod filiorum. Hic prolis (τῆς πολυτεκνίας) amor in hac effatâ mundi senectâ planè deserbuit.

Γαδαρηνός ο, Gadarenus, Marc. 5.

5. 1. nomen gentis. Gadara regio

fuit in tribu Manasse, sita trans

Jordanem, ut liquet ex Luc. 6.

5. 26. Eam Strabo vocat Gadaridam libr. 16. Derivatur Verò

Gadara ab Hebraicâ voce גַּדָּר

Vel cum accētū fortiter distinguente גַּדָּר murus, septum.

גַּדָּר idē, à radice גַּדַּר sepsit,

septo circumdedit, murum

struxit. גַּדָּר goder faber mura-

rius. Dicitur etiam גַּדָּרָה ge-

dera Pro גַּדָּר gader in eadē si-

gnificatione. In plurali גליליות

2. Chron. 28. v. 18. nomen urbis. Vetus interpres habet Gerasenorum, & sunt exemplaria, ubi lectio variat. Vide Bezam. Gadarenus ergo dicitur q. septo circumdatus.

Γάζα ης η, Gaza nomen urbis. Act. 8. v. 26. Vide supra in appellativis p. 155 2.

Γάϊος ος ο, Cajus nomen proprium viri Latinum origine, & olim idem erat quod nunc dominus, Rom. 16. 23.

Γαλατία ος η, Galatia regio in Asia minori, Bithynia finitima, à Græcâ voce γάλα ακτὸ τὸ, lac, unde γαλαλία dicitur pro γαλακτία, q. d. lactea. Vocatur etiam Gallogræcia, & à Gallis nomen suum traxit, qui in auxilium à rege Bithynia evocati, regnum cum eo partâ victoriâ divisērunt, atq. ita Græcis postea admixti, Gallogræci & tandem Galatæ appellati fuerunt. Vide Plin. lib. 5. c. 32. Ptolemaum in 8. c. 4. & Strabonem in 4. Γαλάτης ος ο, Gálata. Nomen gentilitium. Gal. 3. 1. ὡ ἀνόητοι Γαλάται, ὁ αmentes Galatæ! Γαλατικός ἡ ὄν, Galaticus, ad Galatiam pertinens, Act. 16. 6. Γαλατική χώρα Galatica regio.

Γαλιλαία ος η, Galilæa, nomen regionis Judaica, origine Hebraï ἡ γλιλ, h. e. limes, confinium, 1. Reg. 9. vers. 11. Josue 10. v. 7. in formâ constructâ. Esa. 9. vers. 1. **גליל** Galilæa gentium. A radice **גלל** galál volvit, volutavit, convolvit. Syria-

cè legitur **גליל** Gelilá. Γα-

λιλαία αία αίων, Galilæa a um. Mat. 26. 69. Ἐ σὺ ἦσθα μὲν Ἰησοῦς Γαλιλαίος. Et tu eras cū Jesu illo Galilæo! Et Julianus apostata in acie contra Christianos letaliter sauciatus, sanguinem suū suā ipsius volā exceptū fudisse, & sic exclamasse fertur γαλιλαίος ὦ Γαλιλαίος. Vicisti ὦ Galilæe!

Γαλλίαν. ων ος ο, Gallio nomen proprium viri. Act. 18. 12. 14. 17. Sic dictus fuit à lacteo cādore, unde & Gallos dictos esse pleriq. statuunt. Γάλα ακτὸ τὸ, lac significat. Si autem à gallo ad verbes fluxisse, ad eam à prisca Martiam dictam fuisse, nominamus. Ab Aristophane ἀλεκτερόων gallus gallinaceus vocatur νεοτῆς ἀρεως, hoc est, pulvis Martis. Vide Theoph. Steph. t. 2. p. 1039. Sed illi ipsi Galli, qui sic dicuntur à lacteo cādore, hodie appellantur Franci, tanquam ex Germanis Franconibus orti, quod gens sit libera, & libertatis defensatrix acerrima.

Γαμαλιήλ ος ο, Gamaliel nomen viri ἡ γαλιλον. Hebraum origine. Num. 10. v. 1. **גמליאל** Gama-

liel. Syriacè **גמליאל**, hoc est, retributio Dei. compositum ex **גמל** retributio, beneficium,

& **אל** Deus. **גמליאל** idem valet. unde Jerem. 51. v. 56. **גמליאל**

גמליאל Deus retributionum.

Radix est **גמל** retribuit, re-

pendit, retulit, refudit. **גמל** Verò est à radice **גמל** fortitudo, Psal. 88.

do, Pſal. 88. 5. Act. 22. 3. παρὰ τὰς πόδας Γαμαλιήλ, ad pedes Gamalielis. Vide ſuprà πῆς.

Γεδών δ, Gedeon. Heb. 11. 32. nomē herois ἀκλῶν. Hebraū origine גידון Gidhōn à radice ערה excidit. unde eſt Germanorum außgetten / quod proprie eſt lollia autz izania ex hortis, agris. Ve edellere, eradicare, eosq; purgare, Jud. 6. 32. Et quia heros hic fortiffimuz lucos, aras & idola Baalis excidit & destruxit, dictus fuit Jerubáal, hoc eſt, contendet contra eū ipſe Baal. Sic n. Joas pater ejus contra plebē ſeditioſam argumentabatur: Si Baal Deus eſt, contendet in eū qui diruit altare ejus. Atqui nō cōtendit. Ergo non eſt Deus, & proinde neci tradetur ille, qui ex vobis pro Baale contra Gedeonē filium meū contenderit.

Γέεννα ἢ ἡ, gehenna nomen proprium Tartari ſeu inferni, de quo vide ſuprà p. 159. 2.


Γεθσημανή Gethſemane, Mat. 26. 36. Marc. 14. 32. Heb. גֵּתְשֶׁמָנִים b. e. vallis pinguedinum, h. e. Vallis pinguiſſima, fertiliſſima. ſorte eſt ex ג, nota Genitivi apud Syros, uti cōjicit Druf. גֵּתְשֶׁמָנִים eſt nomen gen. m. ipſa radix, vallis. גֵּתְשֶׁמָנִים eſt plur. num. g. m. à ſingul. גֵּתְשֶׁמָנִים pinguedo nomen g. m. à radice גֵּתְשֶׁמָנִים ſagina-ri, impinguari. Hinc videtur ortum vocabulum nobis Naſſovicis uſitatum, qui ſtorem lactis nominare ſolemus ſchymant.

Γεννησαρέτ Gennesaret. nomen re-

gionis in Galilæa, ἀκλιτον, attin- gens lacū illū qui mare Galilæa, itē Tiberiadis vocatur. Syriacè legitur גֵּנְסַר Genesar, hoc eſt, hortus principis, ex גֵּן gan, h. e. hortus nomen g. m. à radice גֵּן ganān protexit, & Syriacè סַר princeps. Hebr. שַׂר princeps, à radice שַׂר principatū tenere. Dicitur etiam שַׂר שַׂר שַׂר in eādē ſignificatione. Matt. 14. 34. ἦλθον εἰς τὴν γῆν Γεννησαρέτ, venerūt in terram Gennesaret. Luc. 5. 1. παρὰ τὸν λίμνον Γεννησαρέτ. apud lacum Gennesaret. Mare Tiberiadis vocatur hic lacus. Lacus eſt, ex idiotiſmo Hebraico mare parvum, Oceanus verò mare magnum.

Γεργασνοὶ ἢ οἱ, Gergeseni. Sic dicti à filio Canaan. גֵּרְגַשְׁכִּי Gir-gaschi, de quo Gen. 10. 6. 16. Videtur vox hæc composita ex גֵּר peregrinus & גַּשְׁךְ appropinquavit, q. d. vicinus peregrinationis. Legitur tantum ſemel in N. T. Matth. 8. 28. ubi Gergeseni porcorum ſuorum damno perterriti, rogarunt JESUM ut e finibus ipſorum migraret. Maluiſſent porcos ſuos retinere, qui erant Epicuri de grege porci, quàm Mundi ſervatorē. Et tale eſt hominis liberum arbitrium à lapſu.

Γολγοθᾶ Golgotha. nomen loci ἀκλῶν. Scribitur verò Γολγοθᾶ pro Γολγοθᾶ posteriori λάμδα expuncto propter euphonia. Hebraicè גִּלְגֹּלֶת gylgoleth.



2.Reg.9.35. cranium, ein Hirnschal. Gracè κροτίον & τὸ, pro κροτίον & τὸ, calva, das oberst theil des haupt. Ἐ hoc pro κροτίον & τὸ, caput. Matth. 27. v.33. τόπος κροτίς, locus calvarie, h.e. locus, ubi sunt multa crania, ein ort da vil todenbein und todenköpf liegen. Johan. 19. v.17. ὅς λέγεται ἐβραϊστὶ Γολγοθά, qui locus Hebraicè dicitur Golgotha. Syriacè גגולתא gagulthá, more Gracorū lambda unum omittentiū. à radice גגול volvere. In pihel duplicatum גגולתא gilgél continuè volutavit. Jerem. 51. 25. unde est גגולתא. crania ergo sic nominantur à rotunditate ὡς τὸ κυλίεσθαι. M. Lutherus eleganter vertit, schädelstad.

Γομορρά ὡς ἡ, Gomorrha. Nomen urbis πενταπόλεως, ad orientalem plagam terrae Judae sita, horribili excidio speculum facta ira divina. Hebraicè עמורה Hamora. Syriacè עמורה Hamura. Graci ὕ Hebraum hic expresserunt per γόμορα. ut γόμορα pro עמורה. Derivatur à radice עמר himmer in pihel manipulos facit. עמורה manipulus, hoc est, spicarum fasciculus, et in hand voll eehren. (merges itis. g. f. ein garb.) Amos. 2. v. 3. עמר Ἐ עמורה Syrochaldaicè lana, Dan. 7. vers. 9. ab Hebraeo עמר mutato ὕ in ὕ pro more illarum dialectorum. item עמר Arabicè Ἐ Syriacè idem est, quod He-

braum עמורה habitavit. unde est עמורה habitatio, Act. 17. item עמורה significat etiam Syriacè gramen, Luc. 12. Ergo Gomorrha sic dicta fuit aut à copia frugum, aut à pascuis optimis, aut à lana copia, aut quod ibi optimè quis posset habitare, prout Loti judicium erat, Gen. 13. v. 10. 11. Alij vertunt populum rebellem, ex עמר עמורה rebellavit, sed sic medium עמר per dagesch esset duplicatum. Etymologia quidem illi genti optimè congruit, sed non ipse voci. Rom. 9. v. 29. ὡς Γομορρά sicut Gomorrha. 2. Pet. 2. 6. πόλεις Σοδόμων καὶ Γομορράς, urbes Sodoma Ἐ Gomorrha. Hinc est adjectivum Γομορράς & ὁ, pro Γομορράς. Gomorrhæus. Matth. 10. 15. καὶ Σοδόμων καὶ Γομορράς, Terra Sodomorum & Gomorrhæorum.

Γὼγ Gog, nomen proprium regis. Apoc. 20. v. 8. Hebr. גוג Ezech. 38. vers. 2. vertunt tectum, ab Hebr. גוג.

Δαβίδ δ', David, filius Isai. Nomen Regis Ἐ Prophetæ ἀκλιβ. Hebraicè דוד. 1. Sam. 17. 12. 1. Chron. 2. 15. Ἐ דוד. 1. Chron. 13. A radice דוד dōd dilectus idem valet quod Erasmus. à Gracà voce ἐργάζω diligo. Ἐ quod Hebr. דוד דודי Jedidjah amicus Dei, vel à Deo dilectus. 2. Sam. 12. v. 25. quo nomine Dominus per Nathanem prophetam Salomenem honoravit. Act. 2. v. 34. Ἐ Δαβίδ ἀνέβη εἰς ἐργα-

